Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift



adoras. Humerianus dixit. Deliras iniurias nobis irrogas.
quia dii magni creature tibi esse uident. Babilas dixit. Opera
manuum hominum sunt inuenta a satana. qui per inuidiam
suam proiectus de celo cum esset unus ex angelis. genus homi
num ex parte idolatrie subuertit. quem deus dispdere ha
bet cum omnibus ministris suis. Humerianus dixit. Fabule sunt
que loqueris nam scripture mysteria sunt sunt. et magna
sacramenta. unde iubeo te obtemperare et sacrificare. certe
si nolueris. non eris impunitus. Non es melior precessoribus nostris.
qui hoc agentes. magno honore sunt cumulati. Babilas
respondit. Mysteria sacramentorum uerorum inmunda et horren
da sunt. honor autem uerum temporaneus et caducus. Potens
est quo deus omnipotens qui est in celis. dare mihi tolerantiam ad omnia
tormenta que inferre uolueris. Humerianus dixit. Quis est deus
omnipotens quem inuocas adiutorem tibi. Babilas respondit. Virtus
et sapientia. et uerbum patris. Numerianus dixit. Quid ergo. Certiam
est homo. Babilas respondit. Constantia uite fruitio fuit
et que facta sunt a deo. Humerianus dixit. Rationabiliter
respondisti. quasi sapiens doctor et sic se habet fama
que de te est. unum autem tibi de est scientia deorum. Babilas re
spondit. Insipiens tyranne et elate laus que a te mihi in
fertur iniuria est. ego autem laudem domini mei ihesu xpi re
quiro. Humerianus dixit. Iam te non audio uerbis. sed torquem in
pono ceruici tue ferream. et compedes pedibus tuis et tor
menta ad hibeam quia non cessas iniuriaas inferre domino
tuo regi. Babilas respondit. Libentissime suscipio
omnia que intuleris. nec enim sum dignus et idoneus domini
mei seruus uocari. pcuius nomine dicatur me sustinu